

**3786** Augusto, | Paci perpetuae et Concordiae | Augustae | Q. Vibius Felicio sevir et | Vibia Felicula ministra Tutelae | Augustae d. s. p. d. d.  
*In oppido Andalusiae Mancha Real (II 3349 Huebner vidit ectypum).*

**3787** Paci August. | sacrum | decuriones populusque | coloniae Praenestin.

**3788** Securit.<sup>1</sup> Aug. | sacrum | decurion. populusque | coloniae Praenestin.

*Praeneste (XIV 2898. 2899 vidi). — 1) Statua Securitatis saeculi memoratur supra N. 2935.*

*Titulos Paci Augustae positos a tribu Sucusana iuniorum alio loco dabimus.*

**3789** (*in cluipo intra coronam quernam*) Paci Aug. (*infra*) T. Domitus Rómulus | votum posuit, quod | fideicommissum Phoebum liberu | recepit<sup>1</sup>. (*In lateribus rami laurei; in postica sertum quernum.*)

*Narbonne (XII 4335 vidi Hirschfeld). Aram esse saeculi p. Chr. primi ineuntis et propter ornamenta (cf. mon. Aneyr. 6, 17 seq.) et propter litteras putat Hirschfeld. — 1) Mommsenus coniecit Phoebum fuisse Romuli filium naturalem eumque a domino patri ita legatum esse, ut eum per fideicommissum manumitti iuberet itaque patrem eum patroni iure quodammado recepisse.*

**3790** Gen. Pacis.

*Thamugade, basis semicircula (VIII S. 17832 vidi).*

**3790<sup>a</sup>** Iust[itia]e Augu[stae].

*Anconae (IX 5890 semel descripta). Statua Iustitiae Augustae videtur memorari IX 4133.*

**3791** Pietatis | sacrum (*serta ex pomis frugibus floribus, quattuor citharis suspensa; infra: incus, malleus, forceps, pileus ornatus virgula oleagina*).

*Vetiis rep., ara rotunda marmorea, est Romae in museo Lateranensi (XI 3779 vidi Bormann; imaginem dederunt Canina monum. inst. arch. IV tab. XXXVI cf. ann. inst. 1846 p. 46, item Iahn Berichte der sächs. Ges. der Wiss. 1861 tab. VIII fig. 4 p. 511). Eadem ornamenta fuisse in puteali Libonis quod fuit in foro Romano collatis nummis Libonis et Paulli Aemilii Lepidi, in quorum parte aversa puteal illud expressum est (Momms. Roem. Münzw. p. 632), perspexit Canina. In parte adversa eorundem nummorum repraesentatur modo Bonus Eventus, modo Concordia; in Pietatis ara quomodo factum sit ut ornamenta putealis Libonianii repetita sint, latet. (Mirum est a Ligorio notissimo falsario proponi titulum, falsum sine dubio, putealis Libonianii dedicatum Bon. Evento Concordiae Pietati p. R.; VI 145\*)*

**3792** [Pie]tati | et | [P]judiciciae | ....

*Gerasae, hodie Djerásch, trans Iordanem, in confiniis provinciarum Syriae et Arabiae (Revue biblique 1899 p. 8). — Infra fractam fuisse non traditur.*

**3793** Providentiae | Augustae sacr.

*Interamnae ad Narem (Terni) (XI 4471 vidi Bormann). — Alios titulos Providentiae imperatoris positos habes supra N. 457. 282.*

**3794** M. Bicoleio V. l.<sup>1</sup> Honore | donom dedet merito.

*Romae rep. ad bivium viarum Salariae et Nomentanae, ubi fuit porta Collina (VI 3692 vidi Henzen). Aedem Honoris extra portam Collinam memorat Cicero de leg. 2, 23, 58. — 1) Intellege: M. Bicoleius Vibi libertus.*